

## Annuntiatio domini. 4.

ella illius virginis, quæ Christum paritura foret. Si enim Abraam desiderauit videre Christi diem, similiter & prophete, multo magis Maria: Etsi Ioannes precursor domini prænunciatus est suo patri Zacharia in oratione, & in censi positione occupato, multo magis Christus matri sue in oratione occupata annunciatus creditur. Item secundum Alber. supra. Erat etiam pro tunc virgo tota devotione eleuata per contemplationem ad familiaritatem diuinam dulcedine sensibilis gratie repleta miro modo, quasi glorificata mente, & facie etiam ( ut pie credo ) præ omnibus alijs sanctis, de quibus similia legimus priuilegia habuisse in contemplatione, ut Moylen, Magdalena, beatum Frâscum in rapu, & huiusmodi plures res in quibus claritas exterior refulgens fuit tenuis claritatis interne &c. Sed qualiter beata virgo tunc putatur fusile situata cum angelus aduenit, dicunt idem Alber. supra quæ creditur fusile in curuatis genibus, elevatis manibus, & erectis in ecclsum oculis, & angelo venienti reverentur asurrexisse propter honestatem, & inclinato capite humiliter sterile, & sique loquutus est angelus cum ea: eadem iterum flexis genib. cum lachrymis deuotissime ait, Ecce ancilla domini: fiat mihi &c. Vnde talis modus seruatur apud fideles, cum de manu sacerdotis, quasi angel., accipiunt corpus Christi in eucharistia Hæc illæ.

### De visibili salutazione angel.

**A**NNUNCIATIO domini quarto, vicede visibili, & honorabili modo, & tempore electo.

Ex charitas Dei claret, quia voluit angelum virginem salutante in visibili forma apparet decenter.

**S. 20.** VTRVM annuntiatio dominica debuit fieri per angelum visibiliter salutando. Notandum primo pro preambulo, ex secundum August. super Gen. ad litera. 12. lib. triplex est visio. Una corporalis, siue visibilis. Alia imaginaria, & spiritualis. Tertia mentalis, & intellectualis. Prima fit per sensus corporis. Secunda per effigies formatas in potentia imaginati-

ua ad aliquid representandum, puta Deum vel angelum, sicut Isa. 6. vedit dominum sedente super solium excellum. Et Ezekiel vidit quatuor animalia representationia quartuor Euangeliastis. secundum Greg. & cum hoc significata intellexit: Similiter Ioannes in Apocal & sic de alijs visionibus imaginarijs. Tertia est visio intellectualis, quia intellectus mentis cernitur. Sicut David propheta in psalm. mysteria Christi mente reuelata sibi cecinit &c. Secundo ad quantum responderem dicendo secundum Guill. in 3. distinct. 3. parte. 3. q. beatae virginis visio de angelo fuit perfecta Dei charitate, ita q. in ea qualibet predicatorum visionum fuit implata. Primo namque ibi debuit esse uisio corpora lis, ut probat etiam Tho. 3 parte q. 30. ar. 2. Eti. 3. scripto. di. 3. ar. 2. pluribus rationibus. Prima ratio maioris certitudinis, quia in his quæ visibiliter & corporaliter cernimus minus decipimur, & certiores essemus, quam in his quæ imaginaria so la visione apprehendimus: Volut ergo Deus ex charitate certificare visione corporali. Secunda ratio maioris similitudinis, ut sic Deus, que est inuisibilis ex charitate voluit corpus humanum assumere, & fieri in carne uisibilis, ita angelus in uisibili in corpore uisibili appareat.

Tertia ratio uirginis certitudinis, q. a precelsa dignitate virginis conueniebat, ut charitas Dei tales perfectionem sibi doneret, ut sicut ipsa Dei filium tam mente quam carne conceperet, ita in ista sacra annuntiacione non solum mentali, sed et corporali visione angelii reficeretur.

Secundo ergo in ista apparitione angelii iuxta dictum Guill. fuit etiam uisio imaginaria propter completam, & perfectam interiorum etiam lensum delectationem, quia ut Dion. dicit in epistola ad Titum. Hæc est cauila, quare sub corporalibus figuris diuina nobis proponuntur, ut utraque hominis uita. I. sensitiva exterior, & interior, ac intellectu seconde dum suam proprietatem diuina contemplatione illuminetur, & delectetur. Vnde patet quæ beata uirgo cum aperta uisione angelii habuit etiam imaginationes suauissimas de diuinis, dum cogitabat qualis esset ista salutatio, licet prius fuerit paucus,

**Aug.**  
**Triplex**  
**visio.**

Thome

Dionys